

Prage usque ad ecclesiam sancti Leonardi, quod diluvium destruxit multas domos et rupit multa molendina.

Anno Domini 1379. mortuus est Karolus imperator in vigilia sancti Andree.

Item eodem anno combustum est hospitale circa pontem Pragensem cum infirmis.

Anno 1380. fuit pestilentia magna in Bohemia, que vigit a festo sancti Sigismundi usque ad Wenceslai.

Anno Domini 1389. combusti et interfecti fuerunt Iudei Prage.

Anno Domini 1391. coronatus est Sigismundus ad regem Ungarie.

Anno Domini 1392, in vigilia sancti Nicolai fuit diluvium magnum.

Anno Domini 1394. Wenceslaus fuit captus in Verona a marchione Moravie et a baronibus in die sancti Stanislai et post quindecim septimanas liberatus per fratrem suum ducem Iohannem Gorlicensem.

Anno Domini 1399, in dies ancti Nicolai combustum fuit pretorium cum multis armis in maiori civitate Pragensi.

Q. IV. 25. chart. aus der Zaluski'schen Sammlung, 194 fol., s. XIV, gehörte einst dem 'conventus sororum in Weesp' und ist ausserordentlich sorgfältig und fast fehlerfrei geschrieben; enthält die 'Cronica Martiniana pulchris additamentis ornata'. Das Werk Martins von Troppau ist hier mit Fortsetzungen bis 1315, resp. 1320, versehen und entspricht genau in dieser seiner Gestalt der Kölner Ausgabe vom Jahre 1574.

Q. IV. 30. chart. ex musaeo Petri Dubrowsky, 63 fol. s. XV, enthält von der Chronik des Martin von Troppau in der kürzeren Gestalt den Theil, in welchem die Papstgeschichte behandelt wird. Die Reihe der Päpste ist hier bis auf Clemens VI. weiter geführt. Von ihm wird Folgendes gesagt: 'Clemens sextus, natione Provincialis, anno Domini 1342. eligitur in papam. Hic primum fuit niger monachus et post archiepiscopus Rothomagensis, deinde Sanctorum Nerei et Achillei presbiter ordinatus, qui in die iam dictorum sanctorum est in papam electus et in pentecosten consecratus. Hic papa innovando sententias suorum antecessorum et propter obstinatias sepedicti Ludovici ipsum a dignitate imperiali, pueros et nepotes eius inhabiles ad omnem dignitatem tam temporalem quam spiritualem faciendo, deposuit ac deponere mandavit et loco sui illustrem principem Karolum marchionem Moravie ac filium regis Boemie de consilio cardinalium eligere precepit in regem Romanorum anno Domini 1346. Quo anno inclitus rex Bohemie Iohannes cum multis nobilibus de Boemia occubuit in bello Anglicorum. Item sub eiusdem pontificatu anno quinto, quarto Non. Septembris, inclitus rex et dominus, dominus Wenceslaus, dictus Karolus, supradictus rex Romanorum,